

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI
IOANNIS DUNS SCOTI
ORDINIS FRATRUM MINORUM

OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE
RMI P. CONSTANTINI KOSER
TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM VICARII GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE
AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE
P. CAROLO BALIĆ

SOCIIS
PP.: CHERUBINO BARBARIĆ, STANISLAV BUŠELIĆ, PETRO ČAPKUN-DELIĆ, BARNABA HECHICH
IOANNE JURIĆ, BRUNONE KOROŠAK, LUCA MODRIĆ, SEBASTIANO NANNI, SATURNINO RUIZ
DE LOIZAGA, CAESARE SACO, ODULFO SCHÄFER

XVII



CIVITAS VATICANA

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
MCMLXVI

[DISTINCTIO TRIGESIMA NONA

QUAESTIO 1

UTRUM DEUS HABEAT DETERMINATAM COGNITIONEM DE REBUS
SECUNDUM OMNEM CONDICIONEM EXSISTENTIAE,
UT SECUNDUM FUTURITIONEM]

Circa distinctionem trigesimam nonam quaeritur utrum Deus habeat determinatam cognitionem de rebus secundum omnem conditionem existentiae, ut secundum futuritionem.

Quod non:

Quia, secundum Philosophum libro *Perihermeneias*, in futuris contingentibus non est veritas determinata; igitur nec scibilitas, quae requirit determinatam veritatem.

Et hoc confirmatur per rationem Philosophi, quia si in illis esset veritas determinata, « non oporteret negotiari neque consiliari »; igitur apud nullum intellectum est certa cognitio de contingentibus.

Praeterea, ita indeterminata est una pars contradictionis in futuris contingentibus sicut alia; igitur si Deus sciat unam partem contradictionis esse determinate veram, igitur et aliam, quia si tantum haberet certam cognitionem unius partis, ita quod non alterius, sua cognitio esset limitata.

[QUAESTIO 2

UTRUM DEUS HABEAT INFALLIBILEM SCIENTIAM DE REBUS
SECUNDUM QUAMCUMQUE CONDICIONEM EXSISTENTIAE]

Iuxta hoc quaeritur utrum Deus habeat infallibilem scientiam de rebus secundum quamcumque conditionem existentiae.

PRV

10 Philosophum] add. in V 11 est om. R | veritas determinata] d. v. V 14 oportet R
14-15 consiliari] considerari PR 17 ita] ista R | determinata V 26 de rebus om. P

F 10 ARISTOT., *De interpr.* I [c. 6] (c. 9, 18a 28-19b 5). 13 Ibidem (c. 9, 18b 27-33).

Quod non, videtur:

Sequitur 'Deus scit *a* fore, et *a* non erit, igitur Deus fallitur' (quia ille fallitur qui scit aliquid fore quod non erit; sed si Deus sciret *a* fore et *a* non erit, igitur sciret aliquid fore quod non erit; igitur Deus fallitur); igitur *a* simili, sequitur 'Deus scit *a* fore, et potest non fore, igitur Deus potest falli', quia sicut ex praemissis de inesse sequitur conclusio de inesse, ita ex maiore de inesse et minore de possibili, sequitur conclusio de possibili.

- 5 Praeterea, si Deus scit *a* fore et *a* potest non fore, — ponatur in esse '*a* non erit', igitur Deus scit *a* fore quod non erit; igitur 10 fallitur.

[QUAESTIO 3

UTRUM DEUS HABEAT SCIENTIAM IMMUTABLEM]

- 6 Iuxta hoc quaeritur utrum Deus habeat scientiam immutabilem.

Quod non, videtur:

Non est transitus a contradictorio in contradictorium sine mutatione, quia non esset maior ratio quare nunc vera et prius falsa nisi aliquid mutaretur. Sed Deus sciens *a* fore, potest scire *a* non fore: sed hoc non est propter mutationem in creatura (quia ponitur quod *a* nullum esse habeat), igitur propter mutationem in Deo 20 erit hoc.

- 7 Confirmatur: nihil aliud¹ Deum scire '*a* fore' quam '*a* fore' esse in scientia Dei, et nihil aliud est Deum scire '*a* non fore' quam '*a* non fore' esse in scientia Dei; igitur nihil aliud est Deum posse scire '*a* fore' et '*a* non fore' quam mutationem cadere in scientia Dei.

- 8 Praeterea, Deus scit *a* non esse et potest scire *a* esse, igitur potest incipere scire *a* esse; sed inceptio non est sine mutatione. Con-

PRV

2 Sequitur] *add.* quod V 3-4 sed — erit² *om.* V 6 quia *om.* P² 9 fore¹ in *corr.* R² 9-10 potest — esse *a om.* V 9 ponatur] ponitur P non potest R 17 nunc] non R *praem.* non P² | vera... falsa] f. ... v. V 19 non *om.* P² 19-20 ponitur] in potentia R' potentia R² 20 esset R 21 erit hoc ante propter (20) V 22 nihil] *add.* est P² | fore² *om.* V 23-24 scientia... scientia] conscientia... conscientia V 23 Deum scire] sc. D. V 28 scire *om.* V

T¹ supple: est.

sequentia ostenditur in simili: si *a* non est et *a* potest esse, igitur potest incipere esse.

Praeterea, si Deus potest scire *a* fore, aut ista potentia est passiva aut activa. Si sit potentia passiva, haec non est nisi ad formam quam non habet, igitur mutari potest. Si autem sit activa et 'Deum posse scire' est potentia naturalis, igitur est potentia naturalis activa; sed potentia activa naturalis non se habet ad obiecta nisi mutetur; igitur etc.

[QUAESTIO 4

10 UTRUM DEUS SCIT NECESSARIO OMNEM MUTABILITATEM IN REBUS]

Iuxta hoc quarto quaeritur an Deus scit necessario omnem mutabilitatem in rebus.

Quod sic, videtur:

Deus immutabiliter scit; igitur necessario scit *a*.

- 15 Consequentia ostenditur dupliciter: 11

Primo sic: quia in Deo non est alia necessitas quam necessitas immutabilitatis.

- Secundo: si aliquid non est necessarium ex se, potest non esse; 12 sed quod potest non esse, est mutabile; igitur — a primo — quod 20 non est necessarium, est mutabile. Igitur ex opposito: si est immutabile, est necessarium. Igitur si Deus immutabiliter scit *a*, necessario scit *a*.

- Praeterea, nihil potest esse in Deo nisi quod est idem Deo; sed 13 nihil potest esse idem Deo nisi quod necessario est idem Deo; 25 igitur — a primo — nihil potest inesse Deo nisi quod est necessario idem Deo. Igitur si 'scire *a*' potest esse in Deo, igitur necessario est idem Deo; sed quod est necessario idem Deo, est necessario scitum a Deo; igitur Deus necessario scit *a*.

PRV

1 ostenditur] dicitur R | est] aequatur R | igitur] *add.* a V 2 incipere] *add.* non V 3 aut] an R 4 aut — passiva *om.* R | haec] hoc P 5 quam] quoniam P 7 activa¹ *om.* P² | activa naturalis] n. a. V | obiecta] omnia P²R opposita V 14 scit¹ *om.* R 15 ostenditur] quaeritur R 16 quam necessitas] nisi V 18 aliquid non est] n. e. a. V 19 sed — esse *om.* P²R | mutabilitate R | a] *add.* quo R² 23 esse in] inesse RV | quod in *corr.* R² | idem] eidem R 23-25 sed — igitur] ideo V 26 [igitur] Contra R | esse in] inesse V 26-27 necessario est] e. n. R 28 scit] ante necessario V sit R

- 14 Praeterea, 'scire *a*' est simpliciter perfectionis, – aliter enim si ponitur, 'non scire *a*' non esset imperfectionis; sed 'omnino perfectio'¹ necessario ponenda est in Deo; igitur Deus necessario scit *a*.

[QUAESTIO 5]

UTRUM CUM SCIENTIA DEI STET CONTINGENTIA RERUM]

- 15 Iuxta hoc quinto quaeritur utrum cum scientia Dei stet contingentia rerum.

Quod non, videtur:

Sequitur 'Deus scit *a* fore, igitur *a* erit'. Antecedens verum¹⁰ necessarium, igitur consequens. Consequentia patet, quia oppositum consequentis non stat cum antecedente.

- 16 Praeterea, omne scitum a Deo, necessario erit; sed *a* fore est scitum a Deo; igitur *a* necessario erit. Consequentia patet, quia minor est de inesse simpliciter, et ex tali minore cum maiore de¹⁵ necessario, sequitur conclusio de necessario.

- 17 Sed contrarium omnium istorum² scribitur ad Hebr. 4: *Omnia nuda sunt oculis eius* etc.

II. – OPINIONES ALIORUM

A. – OPINIO PRIMA]

- 18 'Opinionis expositio' – Ad haec dicunt aliqui, assignando causam infallibilitatis cognitionis Dei (quae tamen non tollit contingentiam rerum): dicunt enim quod infallibilitas est in scientia Dei propter ideas in mente divina, quae non tantum ostendunt intellectui divino ipsa obiecta contingentia, sed omnem connexionem²⁵ causarum propin quarum et remotarum ad huiusmodi³ effectus

PRV

3 necessario¹] necessaria RV 4 scit] sit R 12 antecedente] consequente V 13 omne om. V 13-14 sed — erit om. V 15 maiore] enim a R 16 necessario¹] necessitate V 22 cognitionis om. V | Dei] om. P add. est R | quae] qui V 24 ostendit P* 26 huius R

F 17-18 Hebr. 4, 13. 21-p. 485, 4 Auctorem huius opinionis non invenimus.

T ¹ scil. simpliciter perfectio. ² scil. argumentorum n. 1-16. ³ scil. contingentes.

et omnem condicionem existentiae huiusmodi¹ entium, – et cui intellectui hae² insunt, infallibiliter cognoscit; non tamen tollit hoc contingentiam entium, quia cognitio obiecti non tollit condicionem obiecti³.

- 5 'Opinionis improbatio' – Sed ista via est insufficiens: 19
Primo, quia supra⁴ ostensum est quod ideae non ponuntur in Deo, propter cognitionem simplicem quam Deus habet de rebus.

Secundo, quia ideae repraesentantes terminos simplices non repraesentant complexiones nisi quatenus termini includunt veritatem complexionum; sed termini rerum contingentium non includunt veritatem complexionis factae de illis, quia tunc esset illa complexio necessaria; igitur propter repraesentationem necessariam idearum respectu terminorum non sequitur certam et infallibilem cognitionem esse in Deo de complexis.

- 15 Praeterea, ideae sicut sunt necessariae in essendo, ita in repraesentando; igitur repraesentant quidquid possunt. Ideae igitur uniformiter semper repraesentabunt: vel igitur unam partem contradictionis tantum, vel ambo⁵. Si unam partem tantum, et semper (quia sunt aeternae in repraesentando), igitur non cognoscet Deus
20 nisi tantum unam partem contradictionis; si ambo semper repraesentant, igitur simul intelliget contradictoria esse vera, – quod est impossibile. Igitur ideae non sunt necessariae ad cognoscendum futura contingentia.

Praeterea, ideae si ponantur in Deo respectu contingentium, uniformiter ponentur in eo respectu possibilium quae numquam erunt et respectu contingentium futurorum; sicut igitur repraesentant contingentia futura, sic⁶abilia quae numquam erunt. Sicut igitur per ideas scit⁷ futura contingentia, ita et alia possibilia.

PRV

2 insunt] sunt R | cognoscit] contingit R 3 cognitio] condicio V* 3-4 condicionem] cognitionem R' contingentiam R² 11 complexionis] add. non R* 12 igitur] sicut V 14 esse] est R 16 possunt] add. repraesentare V 17 una P 17-18 contradictionis — partem om. R 19 cognoscet] cognosceret R cognoscit V 20 tantum om. V 24 ideae si] si i. V 25 ponuntur P 27 futura om. V | sic] supra R esse (add. sic V²) et V om. P 28 scit] sit R

T ¹ scil. contingentium. ² scil. ideae. ³ Hanc opinionem iam cognovit RICHARDUS DE MEDIAV., Sent. I d. 39 a. 1 q. 1 in corp. (I f. 121vb). ⁴ Cf. supra d. 35 n. 33; d. 36 n. 22. ⁵ supple: contradictoria. ⁶ Loco «sic», quod codex P omittit, codices RV alias lectiones tradunt. ⁷ supple: Deus.

LB. – OPINIO SECUNDA

- 23 [Opinionis expositio] – Alia est opinio, quae sic ponit certam cognitionem Dei de futuris contingentibus:

Dicunt enim sic dicentes quod omnia sunt praesentia Deo in aeternitate secundum eorum actualem existentiam. Dicunt enim quod non est imaginandum quod tempus et ea quae fluunt in tempore, sint praesentia in aeternitate sicut baculus est praesens toti fluvio, si figatur in medio fluvio: baculus enim successive est praesens toti fluvio, quia partibus eius; sed aeternitas est simul cum toto tempore et cum omnibus quae fluunt in tempore, ita quod totum tempus et quicquid successive est in tempore, est praesens aeternitati, – ut si ponatur aeternitas sicut centrum et totum tempus fluens sicut circumferentia, tunc licet circumferentia continue moveatur et pars parti succedat, tamen in comparatione ad centrum uniformiter se habet. – Aliud exemplum ponunt de aliquo existente in tecto domus.

- 24 Pro hac opinione arguunt:

Nisi aeternitas vel Deus esset simul cum toto tempore fluente, non esset immensus, – sicut si non esset simul ubique cum omni-

PRV

4 omni P* 5 eorum om. V 6 non om. V 8 figatur] fugatur R igitur a V | in] add. p⁴ R 8-9 est praesens] pr. e. V 9 sed] add. tempus P* R 11 successive est] e. s. V 12 et totum om. P 14 parti] tota PV 19-p. 487, 1 sicut — immensus om. V

F 2-15 THOMAS, S. theol. I q. 14 a. 13 in corp. (IV 186b): «Deus autem cognoscit omnia contingentia, non solum prout sunt in suis causis, sed etiam prout unumquodque eorum est actu in se ipso. Et licet contingentia fiant in actu successive, non tamen Deus successive cognoscit contingentia, prout sunt in suo esse, sicut nos, sed simul, quia sua cognitio mensuratur aeternitate sicut etiam suum esse: aeternitas autem, tota simul existens, ambit totum tempus... Unde omnia quae sunt in tempore, sunt Deo ab aeterno praesentia, non solum ea ratione qua habet rationes rerum apud se praesentes, ... sed quia eius intuitus fertur ab aeterno super omnia prout sunt in sua praesentialitate. Unde manifestum est quod contingentia... infallibiliter a Deo cognoscuntur, in quantum subduntur divino conspectui secundum suam praesentialitatem»; Sent. I d. 38 q. 1 a. 5 in corp. (ed. Parmen. VI 317ab); De veritate q. 2 a. 12 in corp. (ed. Parmen. IX 46ab); S. contra gent. I c. 66 (XIII 185ab); c. 67 (p. 190a); ROMANUS DE ROMA, Sent. I d. 38 q. 4 in corp. (cod. Vat. Pal. lat. 331, f. 87rb-87va); II d. 2 pars 2 q. 1 in corp. (f. 24ra): «Sit fluvius et in fluvio sit fixus palus: durat aqua fluvii, durat et palus; sed in duratione aquae est successio, in duratione vero palis non est successio. Unde in esse divino est permanentia essendi et continuatio, non tamen est successio, sed fixio quaedam»; RICHARDUS DE MEDIIV., Sent. I d. 39 a. 1 q. 1 in corp. (I f. 121vb). 15 THOMAS, S. theol. I q. 14 a. 13 ad 3 (IV 187b): «Sicut ille qui vadit per viam, non videt illos qui post eum veniunt; sed ille qui ab aliqua altitudine totam viam intuetur, simul videt omnes transeuntes per viam»; De veritate q. 2 a. 12 in corp. (ed. Parmen. IX 46b). 17-p. 487, 11 RICHARDUS DE MEDIIV., Sent. I d. 39 a. 1 q. 1 in corp. (I f. 121vb).

bus partibus loci, non esset immensus; simul igitur est cum toto tempore, – et ita ea quae successive sunt in tempore, simul secundum eorum existentiam actualem sunt praesentia Deo et aeternitati.

- 5 Praeterea, aeternitas est tota simul, et excedit 'nunc' temporis quod nunc instat; hoc autem non est nisi quia simul est cum alio 'nunc' temporis (aliter enim non excederet), et qua ratione est simul cum uno alio 'nunc', et cum omnibus.

- Praeterea, si totum tempus ponitur simul, unum 'nunc' aeternitatis contineret totum tempus; igitur similiter nunc, licet succedat secundum partes.

[Opinionis improbatio] – Sed contra:

- Primo arguitur oppositum opinionis praedictae ex exemplo quod adducitur¹. Immensitas divina non est ratio existendi nisi in loco existente: si enim locus posset augmentari in infinitum successive (sicut tempus fluit in infinitum), tunc Deus non esset simul cum loco infinito, quia locus ille non est nisi secundum quid, – et quod non est², non potest esse ratio alicui existendi praesentialiter; igitur similiter Deus non erit praesens toti temporis fluenti. Exemplum igitur concludit oppositum.

- Praeterea, si omnia futura essent praesentia Deo secundum eorum actualem existentiam, impossibile esset Deo causare aliquid de novo: nam illud quod secundum suam actualem existentiam comparatur Deo ut praesens, comparatur ei ut causatum, non ut causandum (quia tunc non ut praesens); igitur si futurum contingens secundum suam actualem existentiam comparatur Deo, non causabit³ futurum contingens nisi bis causet idem.

- Praeterea, quaero quomodo Deus cognoscit contingentia futura ut creanda sunt, aut certitudinaliter ea sic cognoscit aut non? Si certitudinaliter et ut creanda sunt, sunt futura; igitur ut sunt

PRV

7 aliter] similiter V | qua] contra P omnia R 8 alia R 9 simul rep. P 9-10 aeternitatis R 10 continet V | similiter] sic P om. R 12 Sed om. R 13 oppositum] omnem P² praem. omnem R 15 in² om. P² 16 fluit om. P 17 locus om. V 18 esse ratio post alicui V 18-19 alicui — praesentialiter] arguit extra praesentia (!) R 18 existendi] extra P² 19 similiter] sic P 24-26 ut¹ — Deo om. V 27 causet] esset V 28-29 contingentia futura] f. c. V 29 cognoscit] contingit R 30 sunt² sibi V om. R

T ¹ Cf. supra n. 24. ² id est: et quod non est nisi secundum quid. ³ supple: Deus.

futura sibi¹ et ab ipso creanda, certitudinaliter cognoscit. Si autem non certitudinaliter, igitur aliter novit facta quam fienda, – quod est contra Augustinum, quod ita certitudinaliter novit fienda sicut quando sunt facta².

30 Praeterea, secundum istos aevum (quod est mensura angeli) 5 est indivisibile: igitur est totum simul cum toto tempore, sicut aeternitas, ita quod totum tempus et ea quae fluunt in tempore sunt praesentia angelo; igitur si propter hoc quod totum tempus est praesens aeternitati, Deus certitudinaliter cognosceret futura, – et angelus per eandem rationem cognosceret omnia futura simul, quaecumque successive habent fieri, quia omnia essent simul cum aevo.

III. – RESPONSIO PROPRIA AD QUAESTIONES

31 Respondeo igitur ad quaestiones, et dico quod circa eas sunt duo videnda: primo de contingentia in entibus, quia si nihil esset contingens in entibus sed omnia necessaria, non esset difficultas in quaestionibus praedictis, cum Deus certitudinaliter posset cognoscere omnia; et secundo videndum est quomodo cum contingentia rerum stat certa cognitio Dei, et in hoc apparebit solutio quaestionum.

IA. – DE CONTINGENTIA IN ENTIBUS

1. – OPINIO ALIORUM

32 «Opinionis expositio» – Quantum ad primum dicunt quidam quod contingentia est in entibus quantum ad causas proximas, sed necessitas quantum ad causam primam.

PRV

1 sibi] sunt V | et] aliis P* | cognoscit] comp. R 1-2 Si — certitudinaliter om. V 2 non om. R 2-3 quod — fienda] quod est contra Augustinum post facta (4) V 6 tempore om. R 7 quae] quod R | fluunt] sunt P 9 aeternitati, Deus rep. R 11 quia] quod R | cum om. V 15 duo om. P 16 esset] est V esse R 17 cum] quia V quantum R' qui R² 17-18 cognoscere omnia] o. c. V 18 cum om. R 19 certa cognitio] cum cognitione R² | apparet V 25 necessitas] comp. R

F 3 AUGUST., *De civ. Dei* X c. 12 (PL 41, 291): «Nec aliter novit facienda quam facta». 5-6 THOMAS, *Sent.* II d. 2 q. 1 a. 1 in corp. (ed. Parmen. VI 403b); *S. theol.* I q. 10 a. 5 in corp. et ad 2-3 (IV 100b. 101a). 23-25 THOMAS, *Sent.* I d. 38 q. 1 a. 5 in corp. (ed. Parmen. VI 316b); *S. theol.* I q. 14 a. 13 ad 1 (IV 186b); *S. contra gent.* I c. 67 (XIII 190b).

T ¹ scil. Deo. ² Cf. supra ad p. 471, 17-18.

Hoc autem probatur per Boethium V *De consolatione* ultimo, in 6 prosa, qui vult quod idem futurum ut comparatur ad causam primam sit necessarium, in se tamen – et sic in comparatione ad causam proximam – sortitur contingentiam (littera ibi «Respondebo» etc.).

Hoc etiam confirmatur per rationem: aliqua imperfectio potest esse in effectu a causa proxima, licet non sit a causa prima, ut peccata et privationes et huiusmodi; igitur cum contingentia sit sicut quaedam imperfectio in entitate rei, ipsa potest esse a causa proxima, licet non sit a causa prima.

«Opinionis improbatio» – Sed contra:

Si prima causa necessario causat et movet causam sibi proximam, et necessariam habet habitudinem ad illam, igitur illa secunda causa necessario movet hoc quod movet et causat, quia causa secunda non movet nisi in quantum movetur a prima; si igitur necessario movetur et causatur a prima, necessario movet aliud, et sic semper descendendo ad effectum producendum, – et ita totus ordo causarum in movendo erit necessarius, et per consequens nullum effectum contingenter possunt producere; igitur oportet quod si sit contingentia in rebus, quod prima causa vel contingenter moveat causam secundam, vel quod contingenter moveat effectum, ita quod contingentia proveniat ex actione primae causae. Si igitur omnia essent necessaria in comparatione ad primam causam, nihil contingenter proveniret.

Praeterea, prima causa prius comparatur ad effectum quam

PRV

1-2 ultimo] vult R 2 prosa] prosi (!) R om. P' musicae P² 3-4 sit — proximam om. R 6 confirmatur] confertur R | aliqua] alia PR | perfectio V* 7 potest esse rep. post effectu R 8 et huiusmodi] etc. V 8-9 contingentiae sint V 9 imperfectiones V imperfectione R 12 Si prima causa] Prima P | causat et movet] m. et c. V 13 necessarium R 13-14 secunda causa] c. s. V 14 quod movet om. V 18 necessario V necessitas R 19 contingentis P | possunt] prosunt (!) V 20 igitur] post oportet R om. V 22 proveniat] provideat V 24 primam causam] c. p. V | contingentis P

F 1-5 THOMAS, *Sent.* I d. 38 q. 1 a. 5 in corp. (ed. Parmen. VI 317ab); BOETHIUS, *De consol. philos.* V prosa 6 (PL 63, 861): «Respondebo namque idem futurum, cum ad divinam notionem refertur, necessarium, – cum vero in sua natura perpenditur, liberum prorsus atque absolutum videri». 6-10 THOMAS, *Sent.* II d. 37 q. 2 a. 2 in corp. et ad 1 (ed. Parmen. VI 723b).

T ¹ scil. 'usqua ad'. ² supple: causae.

causa secunda, sicut patet per primam¹ propositionem *De causis*; si igitur in illo priore causa daret esse necessarium effectui, tunc secunda causa non posset dare aliquod esse contingentem illi effectui, quia tunc effectus haberet esse oppositis modis (necessario et contingentem). Si autem dicatur quod simul causa prima et proxima dent esse effectui, non potest adhuc causa secunda dare esse contingentem effectui si causa prima det esse necessario, quia non potest esse quod idem effectus secundum suum esse habeat necessariam habitudinem ad causam perfectam, et contingentem ad causam imperfectam (quia si necessariam habet habitudinem ad causam perfectam, igitur si causa contingens non sit, adhuc effectus habebit esse; igitur non capit esse a causa contingentem).

- 37 Praeterea, animae immediate creantur a Deo et non ab aliqua causa proxima, non tamen necessario causantur; igitur nihil est dicere quod effectus in comparatione ad causam primam sint necessarii².

12. — OPINIO PROPRIA

- 38 Ideo respondeo quantum ad istum articulum³: primo dicendum est quod est contingentia in entibus, et secundo quod oportet ponere causam istius contingentiae ex parte Dei, et tertio dicendum est quid sit illud in Deo quod est causa contingentiae in entibus.

1a. — CONTINGENTIA EST IN REBUS

- 39 De primo, quod sit contingentia in rebus, non potest — ut puto — probari per notius, nec a priori, quia ens dividitur per 'necessarium' et 'possibile'. Et sicut passio est convertibilis cum aliquo subiecto quae immediate inest illi subiecto, nec probari potest

PRV

1 primam] illam codd. 3 contingentis P 5 simul post dent (6) V 6 esse effectui] ef. es. V | potest post dare V 6-7 contingentis P 13 creantur] causantur V | aliqua] alia P 14 causantur] creantur R 15 quod om. V 15-16 necessario P 18 Ideo] Solutio R 18-19 dicendum est] e. d. V 20-21 ex — contingentiae om. R 24 probari] proximari R 24-25 dividitur per necessarium] p. n. d. R 25 est] simplex R 26 quae om. RV

F 1 *Libri de causis* prop. 1 (ed. STEELE 161): «Omnis causa primaria plus est influens super causatum suum quam causa universalis secunda».

T 1 Compendium vocis «primam» codices perperam legerunt «illam». 2 Cf. supra n. 32-33. 3 scil. primum (cf. supra n. 31).

per aliquid notius, ita nec passio disiuncta de subiecto suo — cui immediate inest — per notius probari potest. Si autem una pars illius passionis disiunctae dicatur de aliquo subiecto sibi appropriato, — si illa pars sit ignobilior pars illius passionis, ex hoc quod inest suo subiecto potest concludi quod pars nobilior illius passionis insit subiecto sibi appropriato, licet non e contra (quia non potest pars ignobilior passionis inesse alicui nisi pars nobilior insit, licet e contra possit). Unde sequitur, si ens causatum sit finitum, quod aliquod ens sit infinitum; sed non sequitur e contra, si aliquod ens sit infinitum, quod aliquod ens sit finitum, quia ad veritatem primi¹ non requiritur veritas secundi²; et sic etiam sequitur, si aliquod ens sit contingens, quod aliquod ens sit necessarium, et non e contra.

- Et ideo non video quomodo tota aliqua passio disiuncta posset a priori ostendi de suo subiecto immediato, nec etiam quomodo pars illa quae est ignobilior in tali passione posset ostendi de suo subiecto. Propter quod accipiendum est tamquam per se notum quod sit contingentia in entibus, — et qui hoc negat, indiget sensu et poena³; et ideo Avicenna in *Metaphysica* sua docet tales fore igni exponendos qui negant manifesta sensui, quia idem est tali comburi et non comburi. Unde Philosophus, arguens contra eos qui dicunt omnia evenire necessario, ducit eos non ad impossibilia, sed ad aliqua notiora nobis in actibus nostris: quod tunc «neque oporteret negotiari neque consiliari»⁴.

PRV

1 ita] add. quod V | disiuncta] distincta R*V 3 disiunctae] distinctae R*V | sibi] sic V 4 ignobilior] ignorabilior R 5 inest] est in R 6 sibi om. P 7 nisi] non R | insit] non sit R 11-12 sequitur] add. quod V 12 contingens — sit om. V 14 aliqua] alia PR 15 immediate V | quomodo om. R 21 et non comburi om. PR 22 ducit] dicunt (!) PV | ad] a R add. alia V 23 ad aliqua] ad alia P om. V 24 neque] non RV | neque²] nec V

F 19 AVICENNA, *Metaph.* I c. 9 (f. 74vab): «Oportet ut stolidum mittamus in ignem, quoniam tenet ignem et non-ignem esse unum, — et verberibus faciamus eum dolere, quoniam tenet quod dolere et non-dolere sunt unum... Hoc igitur principium, quod defendimus contra hos qui illud falsificant, est primum ex principiis demonstrationum; philosophus autem debet primus ista tueri».

T 1 scil. entis infiniti. 2 scil. entis finiti. 3 Cf. ARISTOT., *Topic.* I c. 9 (A c. 11, 105a 5-7): «Qui dubitant utrum oporteat deos vereri et parentes honorare, vel non, poenae indigeant, — qui vero utrum sit nix alba, vel non est, sensus». 4 Cf. supra n. 2.

lb. — CAUSA CONTINGENTIAE IN REBUS EST EX PARTE DEI

41 Supposita igitur contingentia in entibus, videndum est secundo — de isto articulo¹ — qualiter potest esse contingentia in entibus.

Et dico quod oportet causam istius contingentiae assignare a parte causalitatis Dei, quia non potest effectus aliquis contingenter provenire a causa secunda nisi prima causa in illo ordine contingenter moveat (quia in moventibus et motis si secunda causa necessario movetur a causa priore et non movet nisi in quantum movetur, igitur necessario movet, et ita omnes causae necessario moverent si prima causa necessario moveret). Et ideo causa contingentiae in entibus est ex hoc quod prima causa contingenter, et non necessario, movet.

lc. — CAUSA CONTINGENTIAE IN REBUS EST EX PARTE VOLUNTATIS DIVINAE

42 Et ideo oportet tertio inquirere in Deo quid sit illud ratione cuius movet contingenter entia. Deus autem est movens per intellectum et voluntatem (et si ponitur aliqua alia potentia ut potentia in Deo executiva², illa non potest esse causa contingentiae, quia illa uniformiter³ se habet; unde illa non producit nisi praecedente actu intellectus et voluntatis); oportet igitur inquirere causam contingentiae in entibus ex parte intellectus divini vel eius voluntatis.

43 Sed ista contingentia non est ex parte intellectus divini in quantum ostendit aliquid voluntati, quia quidquid cognoscit ante actum voluntatis, necessario cognoscit et naturaliter, ita quod non sit ibi contingentia ad opposita. Propter quod in Deo non est scientia practica, quia si ante actum voluntatis intellectus apprehenderet aliquid esse operandum aut producendum, voluntas igitur vult hoc necessario aut non? Si necessario, igitur necessatur ad produ-

PRV

2 Supposito R | videndum est om. R 3 esse om. P 4 oportet] add. ibi V | istius] ius (!) R om. V 7 secunda causa] c. s. RV 9-10 et — moveret om. R 10 causa¹ om. V* | causa²] causae V 11 est rep. ante in V 14 in Deo om. V 16 aliqua om. P | ut potentia post Deo (17) V 19 voluntatis] virtutis R 21 parte] de R* 21-22 in — aliquid rep. ante vel (20) V 22 cognoscit] contingit P²R 23 cognoscit] contingit R 25 actum voluntatis] v. actu R praem. omnem V 27 Si] add. non R | igitur necessatur] hoc n. i. V*

T¹ scil. primo (cf. supra n. 31). ² scil. diversa ab intellectu et voluntate, quae sunt pariter potentiae executivae (cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 43 n. 6 [VI 354]; IV d. 1 pars 1 q. un. n. [24]). ³ scil. sicut intellectus et voluntas.

cendum illud; si non necessario vult, igitur vult contra dictamen intellectus, et tunc esset mala, cum illud dictamen non posset esse nisi rectum. Sic autem non est de scientia speculativa, quia voluntas necessario vult intellectum eius speculari.

5 Unde quando intellectus divinus apprehendit 'hoc esse faciendum' ante voluntatis actum, apprehendit ut neutram¹, sicut cum apprehendo 'astra esse paria'; sed quando per actum voluntatis producitur in esse, tunc est apprehensum ab intellectu divino ut obiectum verum secundum alteram partem contradictionis. Oportet igitur assignare causam contingentiae in rebus ex parte voluntatis divinae.

[Quomodo voluntas nostra est causa contingentiae] — Ad videndum autem quomodo voluntas divina est causa contingentiae, primo videndum est ex parte voluntatis nostrae quomodo ipsa est causa aliquorum contingentium.

Voluntas enim nostra libera est ad actus oppositos (ut ad volendum et nolendum, et amandum et odiendum), et secundo mediantibus actibus oppositis est libera ad obiecta opposita ut libere tendat in ea, et tertio est libera ad effectus quos producit sive im-

mediate sive movendo alias potentias executivas. Nunc autem in ista totali libertate voluntatis aliquid est imperfectionis et aliquid est perfectionis: quia quod habeat libertatem ad actus oppositos, hoc est imperfectionis, quia secundum hoc necessario est receptiva, et mutabilis per consequens (cum non simul habeat actus oppositos); libertas autem ad obiecta opposita² est perfectionis, quia quod voluntas possit operari³ circa obiecta⁴ opposita, non est imperfectionis sed perfectionis, sicut quod

PRV

1 illud] id P | si] quod V 5 hoc] quod R 7 paria] parva P 8 tunc est om. V 10 ex parte om. P² 16 nostra] naturaliter R | oppositos] aliquos V praem. aliquos R* 18 actibus appositis] illis o. a. V | obiecta] obiectum P* aliqua V 20 movendo] modo R | alias] aliquas V 22 et — perfectionis om. V | quod] si aliquid V 23 hoc¹ om. V | quia] quod R 24 necessario est] e. n. V | mutabilis] add. et RV | cum non] causa enim R 25 simul habeat] h. s. V | oppositos] oppositas R obiectivos P | obiecta opposita] o^{1a} PR oppo^a V 26 operare codd. 26-27 obiecta] omnia PR om. V

T¹ id est: apprehendit talem propositionem seu complexionem ut neutram, scilicet nec veram nec falsam (cf. infra n. 62). ² Loco « obiecta opposita » codices alterutrum tantum vocis compendia tradunt. ³ Loco « operari » codices, ob simile compendium, tradunt « operare ».

⁴ Loco « obiecta », hic et p. 494, 1, codices, ob simile compendium, tradunt « omnia ».

intellectus possit intelligere obiecta opposita est perfectionis; tertia autem libertas¹ non est prima², licet non dicat imperfectionem.

47 Quomodo igitur est contingentia proveniens ex ista libertate voluntatis?

Dico quod duplex contingentia et duplex possibilitas consequitur istam libertatem; non enim est libertas in voluntate nostra ut simul velit opposita obiecta, quia non sunt terminus simul unius potentiae, — sed ex hoc quod habet libertatem ad actus oppositos, respectu obiectorum oppositorum consequitur duplex possibilitas et contingentia:

48 Una contingentia et possibilitas, ut voluntas successive feratur in obiecta opposita: et haec possibilitas et contingentia consequitur eius mutabilitatem. Et secundum hanc possibilitatem distinguuntur propositiones de possibili quae fiunt de extremis contrariis et oppositis, ut 'album potest esse nigrum': et secundum sensum divisionis est propositio vera, prout intelliguntur extrema habere possibilitatem pro diversis temporibus, ut 'album in *a* potest esse nigrum in *b*'; unde ista possibilitas consequitur successionem. Et sic etiam haec vera in sensu divisionis 'voluntas amans illum, potest odire illum'.

49 Sed adhuc illam libertatem voluntatis consequitur alia potentia, quae est logica (cui etiam correspondet potentia realis³). Potentia logica non est aliqua nisi quando extrema sic sunt possibilia quod non sibi invicem repugnant sed uniri possunt, licet non sit possibilitas aliqua in re: et sic fuit haec vera antequam mundus esset 'mundus potest esse'; et si intellectus aliquis creatus tunc fuisset, vere potuisset dixisse hoc, scilicet 'mundum posse esse', — et tamen nulla fuit realitas in re correspondens extremis.

PRV

1 obiecta] omnia codd. | est] non est imperfectionis sed V | tertia] secunda V 3 igitur est] e. i. R | contingens P* | proveniens om. V 7 obiecta] absoluta RV | quia] quae R | simul² om. R 9 oppositorum om. PR 11-12 Una — contingentia om. R 15 oppositis] obiectis R | nigrum] nigredinis V 16 intelligunt V 18 ista possibilitas] illa impossibilitas V 22 logica] loca P²R | cui — realis om. P² 22-23 cui — logica om. V 23 est om. R | aliqua] alia PR 24 sibi] si R | repugnat R | uniri] universali R* 25 aliqua] alia P | re] se V 26 mundus potest] p. m. V | et om. V 27 vere potuisset] nec p. v. V | scilicet — esse] mundus potest esse, ergo V 28 re correspondens] se quaerens R

T¹ scil. quae est ad effectus oppositos. ² scil. prima in ordine, seu quae primo exercetur. Cf. infra n. 53; Duns Scotus, *Rep.* IA d. 39-40 n. 38. ³ Cf. infra n. 51; Duns Scotus, *Lectura* I d. 2 n. 188 (XVI 176); d. 7 n. 31 (XVI 483-484).

Haec autem possibilitas logica non est secundum quod voluntas 50
habet actus successive, sed in eodem instanti: nam in eodem instanti
in quo voluntas habet unum actum volendi, in eodem et pro eodem
potest habere oppositum actum volendi, — ut si ponitur quod vo-
luntas tantum habeat esse per unum instans et quod in illo instanti
velit aliquid, tunc successive non potest velle et nolle, et tamen
pro illo instanti et in illo instanti in quo vult *a*, potest nolle *a*, nam
velle pro illo instanti et in illo instanti non est de essentia ipsius
voluntatis nec est eius passio naturalis; igitur consequitur ipsam
10 per accidens. Sed oppositum 'accidentis per accidens' non repu-
gnat subiecto pro aliquo instanti; et ideo voluntas volens *a* in hoc
instanti et pro hoc instanti, potest nolle *a* in eodem et pro eodem.
Et est haec possibilitas logica respectu extremorum non repugnan-
tium.

15 Et huic possibilitati logicae correspondet potentia realis, nam 51
omnis causa praeintelligitur suo effectui, — et ita voluntas in illo
instanti in quo elicit actum volendi, praecedit natura volitionem
suam et libere se habet ad eam; unde in illo instanti in quo elicit
volitionem, contingentem se habet ad volendum et contingentem
20 habet habitudinem ad nolendum: non quia prius habuit habitudi-
nem contingentem ad volendum, quia tunc non fuit causa, sed nunc
— quando est causa eliciens actum volendi — contingentem habet
habitudinem ad actum, ita quod 'volens in *a*, potest nolle in *a*'.
Et est distinguenda secundum compositionem et divisionem: et
25 in sensu compositionis falsa, prout intelligitur praedicatum cum
nota possibilitatis attribui huic toti 'voluntas volens in *a*'; in sensu
autem divisionis est propositio vera, non quia extrema intelligun-
tur pro diversis temporibus (ille enim sensus habet locum quia
est successio in actibus), sed est vera in sensu divisionis quia sunt
30 ibi duae propositiones, quia implicite includit duas propositiones:

PRV

1 impossibilitas V 2 nam — instanti om. V 3-4 in eodem — volendi om. R 4 oppo-
situm] omnem V 6-7 velit — instanti² om. P 6 aliquid] aliud V 7 nolle a] velle
(nolle P²) b P 8 in om. R 9 eius passio] p. e. R 11 hoc om. V 12 eodem... eodem]
eadem... eadem P* | pro²] per P 13 est] post haec V post possibilitas R 15 huic] haec R
18 instanti in quo om. R 19-20 et — nolendum om. R 19 contingentem] contingentem V
20 habet habitudinem om. V 20-21 non — volendum om. V 20 habuit] habet P 22-23 ha-
bet habitudinem om. R 23 voluntas V | nolle] velle R | in² om. V 25 prout — praedica-
tum] potest intelligere praed. (rep. R) PR | cum] tamen P 26 nota] natura R | attribuit V |
a] add. potest esse nolens in a P² 27 divisionis om. P² 30 quia — propositiones om. R

Dagegen:
Arist. Met. Θ 5,
1048a 24.

In lect.
IX 2. 15 v. 23
Viv. VII, 616.

enuntiatur enim actus volendi de voluntate in una propositione, et oppositus actus de voluntate absolute accepta cum nota possibilitatis enuntiatur in alia propositione, et est sensus 'voluntas est volens in *a*' et 'voluntas potest esse nolens in *a*', – et hoc verum est, quia voluntas volens in *a*, libere elicit actum volendi, nec est eius passio.

52 Unde si ponitur voluntatem esse tantum in uno instanti¹, libere vult, et non 'libere vult' nisi quia potest nolle. Et ideo vera est in sensu divisionis 'voluntas volens in *a*, potest esse nolens in *a*'; unde est distinguenda sicut haec 'homo qui est albus, necessario est animal': et est falsa in sensu compositionis, quia significatur animal necessario inesse huic toti 'homo qui est albus', – in sensu divisionis est vera et sunt duae propositiones, et est sensus 'homo est albus', qui homo 'necessario est animal'.

53 [Quomodo voluntas divina est causa contingentiae] – Nunc autem ad 15 libertatem divinam accedamus.

Voluntas enim divina libera est ad effectus oppositos produ-
cendos. Sed haec non est prima libertas, sed requirit aliam prio-
rem; primam autem libertatem, quae est in nobis (quae est respectu
actuum oppositorum²), non potest voluntas divina habere, quia 20
haec est imperfectionis et arguit mutabilitatem, – voluntas autem
divina non potest habere nisi unicam volitionem, et ideo unica
volitione potest velle opposita obiecta³, nam eius unica volitio
est praevalens omnibus volitionibus creatis respectu diversorum,
sicut eius unica intellectio respectu omnium intellectionum crea- 25
turarum. Unde eius unica⁴ volitio habet praevalentiam respectu
omnium volitionum tendentium in diversa obiecta, quia quaelibet
nostra volitio limitata est ad suum obiectum. Si igitur ponitur ali-
qua una illimitata, quae est volitio divina, illa poterit oppositorum

PRV

5-6 est eius] eius est P 7 voluntatem] volitio voluntatem (pon. voluntatis P²) P | esse tan-
tum] t. e. V 8 non libere] l. n. V | nisi om. P²V 9 esse] add. prius V 11-12 signi-
ficat V 14 homo necessario est] e. n. R 15 autem om. RV 17 oppositos] istos R
18 Sed] Et V 19 liberam R* | est¹ non V' om. V² 23 opposita obiecta] o¹⁸ PR opposita V
25 eius] est V 26 una codd. 28-29 aliqua] alia P 29 limitata P² | quae est om. R

T ¹ Cf. supra p. 495, 4.5. ² Cf. supra n. 45. ³ Loco «opposita obiecta» codi-
ces alterutrius tantum vocis compendia tradunt. ⁴ Loco «unica» codices tradunt «una»,
quod minus recte contextui consonat.

obiectorum esse¹. Est igitur libertas voluntatis divinae quod ipsa
unica volitione potest tendere in opposita obiecta, et in infinitum
liberius quam nos diversis volitionibus.

Ex hoc apparet quomodo est contingentia in effectu: nam sicut 54
voluntas nostra potest considerari in quantum est prior volitione
sua, prout est in actu primo, et habet sic libertatem in actu primo
ad actum secundum, ita quod in illo instanti et pro illo instanti quo
habet unam volitionem respectu alicuius, potest nolle illud et pot-
est habere actum oppositum, – ita voluntas divina, licet non possit
10 habere actus oppositos (quia voluntas² est eadem cum sua voli-
tione), tamen voluntas divina unica volitione vult in aeternitate
lapidem esse et potest in aeternitate velle lapidem non esse vel pot-
est nolle lapidem esse, ita quod voluntas divina in quantum est
operativa ad intra, et sic prior effectu, potest producere et non
15 producere obiectum; ut sicut est possibilitas in voluntate nostra
respectu actus volendi – et logica et realis – in eodem instanti et
pro eodem respectu eiusdem, ita etiam voluntas divina, quae in
quantum operativa³ praecedit se ut productiva⁴, potest in eodem
instanti aeternitatis et pro eodem instanti aeternitatis velle et nolle
aliquid, et sic producere aliquid et non producere. Et tunc sicut
ista est distinguenda in nobis 'voluntas volens in *a*, potest esse no-
lens in *a*', sic est ista distinguenda ex parte Dei 'voluntas divina
volens in instanti aeternitatis lapidem esse, potest nolle in eodem
instanti lapidem esse': et non est sensus divisionis verus intelli-
25 gendo extrema pro diversis mensuris (ut sit volens pro uno instanti
et nolens pro alio), quia non est successio in comparatione ad vo-
litionem divinam, – sed est vera quemadmodum prius dictum in
nobis³, nam sensus divisionis est quod 'voluntas divina est volens
lapidem esse in *a* instanti aeternitatis' et 'voluntas divina potest
30 nolle lapidem esse in instanti aeternitatis'.

PRV

1 esse om. P*RV | Est post divinae P² 2 obiecta] absoluta V om. P 8 alicuius] actus V |
nolle] velle V 10 oppositas R 10-11 volitione] voluntate P² 11 tamen — volitione
om. R | una PV 13 est² om. R 14 potest om. V 15 obiectum] omnem R | sicut]
sic R 18 se] quia R 19 et¹ — aeternitatis om. V 20 aliquid² om. V | tunc om. R
21 ista] ita R 21-22 potest — a om. R 22 parte] add. voluntatis V 23 in¹ om. P*R |
esse, potest] p. e. P 24 verius P 25 pro] in V 27 dictum] add. est V 29 a] add.
in V | aeternitate R

T ¹ Verbum «esse», ob propinquitatem sequentis verbi, codices omittunt. ² scil. di-
vina. ³ Cf. supra n. 51.

- 55 «Instantiae» – Sed contra ista¹ arguitur quod non sit possibile quod pro illo instanti et in illo instanti in quo voluntas velit aliquid, quod possit non velle illud, quia dicit Philosophus in I *Perihermeneias*: «Omne quod est, quando est, necesse est esse».
- 56 Praeterea, «posito falso contingenti de praesenti instanti, negandum est praesens instans esse», – ut si «te esse Romae sit falsum», et ponitur te esse Romae, negandum est praesens instans esse, quia si te esse Romae sit falsum in *a* instanti, non potest verificari in *a*; «aut enim verificaretur per motum, aut per mutationem: non per motum, quia motus non est in instanti, – nec per mutationem, quia quando est mutatio, tunc est terminus mutationis», et tunc esset simul verum et falsum in *a*; igitur si ponatur 'te esse Romae' esse verum, cum hoc non possit esse in *a*, ut probatum est, negandum esset *a* esse². Sed ista regula³ nec eius probatio haberet veritatem, si quando aliquid est, possit non esse vel e contra, quia secundum hanc viam⁴ etsi te esse Romae sit falsum in *a*, potest tamen esse verum in *a*, – sicut licet voluntas velit aliquid in *a*, potest non velle illud in *a*.
- 57 Praeterea, si voluntas volens aliquid in *a*, potest non velle illud in *a*, – aut igitur ista potentia est cum actu, aut ante actum. Non cum actu, quia tunc opposita essent simul; ergo est potentia ante actum. Sed hoc falsum est, cum nulla potentia potest esse in *a*,

PRV

2 et — instanti om. R 3 non] rep. ante possit V | illud om. V 4 I] libro V | Omne] praem. quia R praem. quod V 5 falso] primo R 6 esse¹] et V 6-7 sit — Romae om. R 8 te esse] e. te R 9 verificaretur] comp. V | aut²] ac R 10 est om. R 11 quando] comp. P² 13 esse³ om. V 17 licet] si V 18 potest — a rep. R | potest] add. tamen (etiam in textu rep. R) RV | non velle illud] illud nolle V 21 est] in R

F 3 ARISTOT., *De interpr.* I [c. 6] (c. 9, 19a 23-24): «Igitur esse quod est, quando est, ... necesse est».

T ¹ Cf. supra n. 53-54. ² Cf. GUIL. DE SHIRWODE, *Obligationes* (cod. Paris. nat. lat. 16617, f. 56v): «Item: posito falso contingenti de praesenti instanti, negandum est ipsum [in mg. not.: scilicet praesens instans] esse. Quod probatur: sit *a* nomen praesentis instantis (nomen, dico, discretum et non commune); cum igitur te esse Romae sit modo falsum, impossibile est quod modo – seu in *a* – sit verum. Verificari enim non potest nisi per motum aut mutationem: per motum non potest verificari in *a*, quia motus non est in instanti; nec per mutationem, quia si esset mutatio ad veritatem in *a*, tunc esset veritas in *a*, – quia quando est mutatio, est terminus mutationis. Sic ergo impossibile est hoc falsum verificari in *a*. Si ergo est verum '*a* non est', ergo – si ponitur hoc falsum – oportet negare *a* esse, et hoc dicit regula». ³ Cf. supra lin. 5-6; est regula artis obligatoria (cf. infra n. 59). – *De arte obligatoria* cf. ROGERUS MARSTON, *De an. q.* 10 a. 2 ad 22 (BFS VII 453), et ibidem nota editorum. ⁴ scil. Duns Scoti, cf. supra n. 54.

praecedens actum suum: tunc enim *a* esset divisibile et non instans indivisibile, cuius oppositum supponitur.

Ad primum¹ dicendum quod haec 'omne quod est, quando est, est necessarium', est distinguenda secundum compositionem et divisionem, – sicut haec 'animal currere, si homo currit, est necessarium'. Et in sensu compositionis² est categorica³ et vera, et tunc denotat necessitatem consequentiae, et est sensus 'animal currere si homo currit, est necessarium', hoc est: haec est necessaria 'animal currit si homo currit'. Sensus divisionis est 'animal currere, si homo currit, est necessarium': est tunc hypothetica⁴ et falsa, et est sensus 'animal currere est necessarium, si homo currit', et tunc denotat necessitatem consequentis. – Sic in proposito: in sensu compositionis vera, et denotatur necessitas concomitantiae, et est sensus 'omne quod est, quando est, necesse est esse', et denotatur esse necessarium 'omne esse quando est'; in sensu divisionis falsa, et denotatur necessitas concomitantis sic 'omne quod est, quando est, necesse est esse', et significatur quod 'omne quod est, est necessarium esse quando est', – et hoc falsum est, quia contingens non est necessarium quando est. Nunc autem in proposito significatur quod voluntas volens aliquid in *a*, potest nolle illud absolute in *a*, et non significatur aliqua necessitas concomitantiae. Et ideo non est ad propositum.

Ad aliud⁵: negatur illa regula. Verumtamen ars obligatoria bene traditur ab illo magistro⁶ sine hac regula; unde⁷ non dependet ex veritate huius regulae.

Ad tertium, quando arguitur ab insufficiente quia 'voluntas volens aliquid in *a*, potest nolle illud in *a*⁸: non potentia ante

PRV

4 est necessarium] necesse est esse V 5 currere] currit V 7 consequentiae] consequentem V 8 currere] currit V | hoc est om. R 8-10 hoc — necessarium om. V 10 est tunc] et tunc est V | hypothetica] composita V 12 et om. V | denominat R | consequentis om. R 13-14 concomitantiae in corr. P² 14-15 est esse om. R 15-16 esse² — denotatur rep. R 15 esse necessarium post sensu (16) V | esse³ om. V 17 significat P 19 est¹ om. R 20 significat P 20-21 potest — a om. R 21 aliqua] alia P 24 sine] sed V 26 tertium] illud P | quando] quod R | ab] ad R 27 potest — a om. R

T ¹ Cf. supra n. 55. ² subintellige: haec propositio per modum exempli adducta. ³ De propositione categorica cf. PETRUS HISPANUS, *Summulae logicae* tr. 1 n. 7 (p. 3). ⁴ De propositione hypothetica cf. ib. n. 22 (p. 7-8). ⁵ Cf. supra n. 56. ⁶ scil. Guilelmo de Shirwode. ⁷ supple: eius ars obligatoria. ⁸ Cf. supra n. 57. – De argumento ab insufficiente cf. PETRUS HISPANUS, *Summulae logicae* tr. 12 n. 25 (p. 119).

actum tempore, nec potentia cum actu, sed potentia ante actum natura, nam quando causa causans libere et contingenter causat, praecedit natura suum effectum, – et in illo instanti in quo causat, contingenter causat, quia si non pro illo instanti contingenter causaret, non causaret contingenter, quia tunc contingenter non causat pro alio instanti.

- 61 Sic igitur apparet primum¹, quomodo est contingentia in rebus, quia a Deo², – et quid est in Deo quod est causa huius contingentiae, quia voluntas eius³.

IB. – QUOMODO CUM CONTINGENTIA RERUM STAT CERTA COGNITIO DEI 10

- 62 Nunc, secundo, restat videre quomodo scientia Dei est certa et infallibilis stante contingentia rerum⁴.

Et dico quod intellectus divinus offert voluntati suae⁵ aliquam complexionem ut neutram, non apprehendens ut veram vel falsam (sicut cum apprehendo 'astra esse paria')⁶; et si ponatur quod per voluntatem meam possim verificare aliquam complexionem (ut 'me sedere'), prius est apprehensa a me ut neutra, sed tantum ut unum⁷ speculabile, – et quando ponitur in esse et in effectum per voluntatem determinatam ad unam partem, tunc apprehenditur ut vera, et prius tantum offerebatur voluntati ut neutra.

- 63 Sic in proposito, intellectus divinus primo non est practicus, nec apprehendit primo aliquid ut operandum, sed ostendit voluntati ut neutrum; voluntas autem determinat se ad unam partem, ponendo in esse vel non in esse, et tunc intellectus apprehendit veritatem illius.

- 64 Sed hoc potest poni dupliciter:

Uno modo, quando aliqua complexio absolute ut neutra, et non ut facienda, ostenditur voluntati divinae, voluntas divina eli-

PRV

2 causans] causat V 5 non causaret om. R 8 quod] quia V 11 quomodo] quando R 12 infallibiliter V 13 quod om. V 15 paria] parva P² 16 possum V 17 sedere] cedere R 18 in esse et] esse V | effectum] effectum et R 19 per] praem. et R | determinantem V 20 offertur V 21 primo non est] n. e. p. V 22 nec] non R 24 in² om. R 27 modo] add. sic R add. sicut V | aliqua] alia P 28-p. 501, 1 elicit V

T ¹ Cf. supra n. 31. ² Cf. supra n. 41. ³ Cf. supra n. 53-54. ⁴ Cf. supra n. 31. ⁵ scil. Dei. ⁶ Cf. supra n. 44. ⁷ scil. aliquod.

git unam partem, – et pro illo instanti pro quo vult illud¹ esse, illud erit; intellectus autem videt determinationem voluntatis ad unam partem et quod voluntas eius impediri non potest, et sic ex hoc cognoscit certitudinaliter rem futuram fore pro illo instanti pro quo erit². – Sed in isto modo cognoscendi videtur esse aliquis discursus, quasi intellectus divinus – videns determinationem voluntatis – primo discurreret ad videndum condicionem existentiae rei contingentis.

Ideo potest aliter sic dici, et forte melius, quod quando voluntas determinavit se ad unam partem, tunc illud habet rationem factibilis et producibilis, – et tunc intellectus non per hoc quod videt determinationem voluntatis, videt illam complexionem, sed essentia sua sibi est immediata ratio repraesentandi tunc illam complexionem. Non dico quod essentia primo repraesentat intellectui divino terminos illius complexionis, et ex hoc complexionem (sicut accidit in intellectu nostro), tunc enim intellectus divinus videret; sed sicut dictum est in principio istius³, intellectus divinus sicut immediate est ratio intellectui divino intelligendi terminos, ita et complexionem: sicut si haberem actum videndi statim, nunc video album et amoto albo – sine mutatione in actu videndi – viderem aliud ut nigrum, ita intellectus divinus videt veritatem alicuius complexionis factam et operatam a voluntate (quam veritatem immediate sibi repraesentat essentia sua), quae non relucet sub ratione factibilis in essentia nisi postquam determinatum sit a voluntate divina. Et sic de alio⁵.

Ex isto⁶ patet ad illas quaestiones quattuor⁷, sicut patet applicanti.

PRV

1 illo om. R | illud] est R om. V 3 eius om. V | impediri] add. et P 4 cognoscit] contingit R 6 discursus] decursus R | determinationem] condicionem V 9 quod] post quando R om. V 10 unam] suam R 11 factibilis] formalis P 14-15 repraesentat] intellectui divino] i. d. r. V 15 termino R 15-16 sicut] sic V 17 dictum om. R 22 et operatam] post voluntate V 23 immediate sibi] s. i. V 26 quattuor om. V

T ¹ scil. illam partem. ² Cf. HENRICUS GAND., Quodl. VIII q. 2 in corp. (f. 301H-I): «Deus autem, absque omni mutatione suae scientiae, cognoscit rem... fore quando erit... Quia intellectus divinus scit operanda 'in quantum operanda' sciendo determinationem suae voluntatis, quae omnino est invariabilis, ... idcirco invariabiliter haec omnia cognoscit». ³ scil. libri, – cf. DUNS SCOTUS, Lectura prol. n. 100. 103 (XVI 36-37). ⁴ scil. complexio. ⁵ scil. de alia parte (ut supra n. 64). ⁶ scil. ex articulo secundo (n. 62-65) responsionis propriae. ⁷ scil. ad quaestiones 1-4 (cf. supra n. 1. 4. 6. 10). – Cf. supra p. 488, 19-20.

- 67 Ad quintam quaestionem¹ dicunt aliqui quod haec 'Deus scit necessario me sessurum' (vel 'a fore') est distinguenda: et in sensu divisionis vera 'Deus scit necessario, me sessurum', et significat quod Deus necessario sciat et quod sedebo, – et in sensu compositionis falsa.
- 68 Sed illud² non est dictum secundum logicam. Quando enim est actus transiens supra aliquod obiectum, non est propositio distinguenda per hoc quod actus possit accipi absolute, non ut transiens: tunc enim potest haec esse vera 'ego video te sedere', licet non videam te, – haec enim adhuc potest esse vera 'ego video', et haec similiter 'tu sedes'. Et ideo dico quod haec est absolute falsa 'Deus necessario scit a fore', quia notatur necessitas actus ut est talis obiecti, quod obiectum non est necessarium; unde necessitas non determinat actum sciendi absolute, sed ut transit in obiectum contingens, quod potest non esse, et 'non sciri esse' per consequens. Et ideo propositio absolute falsa.

III. – AD RATIONES PRINCIPALES

- 69 [Ad rationes primae quaestionis] – Ad primam rationem³ dicendum quod secundum Philosophum non est veritas determinata in futuris contingentibus sicut in praeteritis et praesentibus. Nam in praeteritis una pars est necessaria, ita quod non potest esse falsa,

PRV

1 haec Deus] Deus hoc V 2 sessurum] cessurum R 3-4 significat] signatur R
6 Sed] Et V 8 non ut] nec R 9 haec om. R 10 videam] videat P'R videt P' | te
om. V | adhuc potest] p. a. R 11 haec similiter] s. h. V 12 scit] sit R | fore] forte R
13 quod] quia V | necessarium] add. intellectui V 14 determinant R 15 scire PR
16 propositio] praepositio P | falsa] add. est V 20 sicut — praesentibus om. R | praeteritis
et praesentibus] praes. et in praet. V 21 necessaria om. V

F I IACOBUS METENSIS, *Sent.* I d. 38 q. 2 in corp. (cod. Vat. Borgh. 122, f. 33vb):
«Item, tu non potes dicere quod tollatur contingentia a rebus propter infallibilitatem divinae scientiae, quia divina scientia ita certe cognoscit futurum contingens sicut futurum necessarium. Probatio, – ponatur quod sol oriatur cras, item 'ego legam cras': aequae scit Deus me lecturum cras, ex quo scit, sicut scit solem oriri cras; scientia enim verorum est. Et ideo dicere 'Deum scire, me lecturum cras' idem est ac si dicerem 'ego legam cras'. Scit ergo Deus necessarium futurum contingens, non tamen scit futurum necessarium sed contingenter; verbi gratia, quod ego legam cras vel non legam, contingens est, sed cum utraque non possit simul evenire sed altera pars, illam partem scit Deus determinate evenire, non tamen evenire necessario sed contingenter, quia et licet hoc eveniat, potuit tamen evenire oppositum; et ideo, licet determinate sciat unam partem evenire, scit tamen – et necessario – contingenter eam evenire».

T¹ Cf. supra n. 15. ² Cf. supra n. 67. ³ Cf. supra n. 1-2.

in praesentibus autem una pars determinate est in effectu; sed in futuris non est determinatio talis: licet Deus determinate sciat a fore pro aliquo instanti, pro illo tamen potest scire a non fore, – et pro illo potest a non fore non solum respectu causae proximae, sed respectu voluntatis divinae (non quia¹ successive velit, sed quia eodem actu quo vult a fore pro instanti aeternitatis, in eodem potest velle a non fore, sicut dictum est prius²).

Ad aliud, quando arguitur quod 'si potentia divina esset limitata ad unam partem contradictionis, non esset omnipotens, igitur a simili si sciat tantum unam partem contradictionis, non erit omnisciens'³, – dico quod potentia sua non est ita limitata ad unam partem contradictionis quasi non posset esse alterius; et ita de scientia.

[Ad rationes secundae quaestionis] – Ad rationem alterius quaestionis⁴ dicendum quod non est simile: licet enim sequitur 'Deus scit a fore, et a non erit, igitur Deus decipitur' (quia tunc sciret aliquid fore quod non erit), – non tamen sequitur 'Deus scit a fore, et a potest non fore, igitur Deus potest decipi', quia non ex hoc quod scit aliquid fore quod potest non fore, decipitur. Unde licet ex maiore de inesse et tali minore sequitur conclusio, non tamen quando minor de possibili, – quia quando accipitur minor negative de inesse in secunda figura, negatur praedicatum a subiecto pro omni tempore futuro, et ideo pro illo tempore pro quo praedicatur maior extremitas de medio, negatur de minore extremitate⁵; non sic autem quando minor est de possibili, immo pro eodem instanti pro quo Deus scit a fore, potest a non fore, et potest sciri non fore, sicut dictum est⁶.

Ad aliud, quando arguitur quod si Deus scit a fore, et 'potest

PRV

1 autem om. V | determinata V 2 determinatio talis] t. d. RV 3-4 et — fore om. R
4 fore] scire V | non] sed P* 6 pro] add. in R 10-12 non — contradictionis om. R
12 quasi — alterius om. V | non om. P*R 17 fore] add. quod potest non fore V | scit]
sit R 18 non² om. R 19 scit] sit P* | decipit R 21-22 minor negative] minor erit R'
inerit R² | negative] non erit V 22 inesse] add. et V 23-24 praedicatur] ponitur R
25 minor est] minorem R 26 potest] praem. et V 27 scire R 28 si om. R | scit]
potest scire R | potest] add. sciri P*

T¹ supple: Deus. ² Cf. supra n. 54. ³ Cf. supra n. 3. ⁴ Cf. supra n. 4.
⁵ De secunda figura necnon de extremitatibus maiore ac minore et de medio in syllogismo cf. PETRUS HISPANUS, *Summulae logicales* tr. 4 n. 3-4 (p. 36-37). ⁶ Cf. supra n. 68.

non fore' ponitur in esse¹, dico quod ex sola positione istius 'a potest non fore' non sequitur impossibile; sed retenta alia propositione quod 'Deus sciat a fore', et tunc ponitur in esse², sequitur impossibile non propter positionem in esse, sed propter impossibilitatem quantum ad aliam³. Et hoc est quod solet dici, quod 'posito aliquo possibili in esse, non sequitur impossibile nisi quando resultat aliqua impossibilitas'⁴. Unde non sequitur, si propositio de possibili sit vera cum alia de inesse, quod sua⁵ de inesse stabit cum illa, quia illa de inesse est antecedens ad illam de possibili, — et non oportet quod illud quod stat cum consequente stet cum antecedente, sed antecedens potest repugnare alicui, licet non consequens; et ideo non sequitur quod licet ista 'a potest non fore' stet cum ista 'Deus sciat a fore', quod propter hoc 'a non fore' stet cum eadem⁶. Et ideo sequitur 'si aliquid est possibile, est ponibile', nec ex positione eius sola sequitur impossibile, sed ex positione eius cum alia sequitur impossibile; et ideo haec falsa est quod 'si aliquid est possibile respectu alicuius', quod 'respectu eius sit ponibile in esse'.

73 [Ad rationes tertiae quaestionis] — Ad rationem tertiae quaestionis, quando arguitur quod 'non est transitus a contradictorio in contradictorium sine mutatione'⁷, dicendum quod non est hic transitus talis quando Deus scit a fore et quando potest scire a non fore, quia in eodem instanti aeternitatis est unum et aliud; non sequitur quod sit mutatio, sicut patet ex dictis⁸.

74 Per idem ad aliud⁹: quod non sequitur Deum incipere scire a fore.

75 Ad aliud, quando arguitur quod potentia activa naturalis non potest non agere sine sui mutatione¹⁰, dicendum quod quando est

PRV

3 ponitur] possibilis R 5 quantum] quam (add. habet V) RV 7 aliqua] alia PR
8-9 quod — inesse² om. P² 13 potest non] n. p. P² | stet om. V | scit] sit R 14 stet
rep. R 16 sequitur] re R 17 falsa est quod] e. f. quia V 21 non est hic] h. n. e. V
22 quando potest] p. q. P² 23 non] nec V add. ergo P² 25 incipere] in tempore V
26 a] add. non V 27 activa] ac V 28 quando] non V

T¹ Cf. supra n. 5. ² subintellige: propositio 'a potest non fore'. ³ scil. quantum ad propositionem 'Deus sciat a fore'. ⁴ Cf. GUALTERUS DE BURLEIGH, *De puritate artis logicae tractatus longior* tr. 2 pars 3 partic. 1 (FIP t. s. IX 111). ⁵ scil. propositionis de possibili.

⁶ scil. cum propositione 'Deus sciat a fore'. ⁷ Cf. supra n. 6. ⁸ Cf. supra n. 54. 65.

⁹ Cf. supra n. 8. ¹⁰ Cf. supra n. 9.

aliquod agens disponens materiam et faciens passum approximari alteri agenti, illud agens cui approximatur potest sine mutatione agere. Sic in proposito, intellectus divinus primo apprehendit aliquid nec ut verum faciendum in re nec falsum, sed ut neutrum; post autem per voluntatem fit verum, et tunc — sine mutatione intellectus — intellectus illud cognoscit.

Dicit: saltem erit mutatio in aliquo.

Dico quod non, quia non in voluntate, licet velit illud et post oppositum, sicut patet ex praedictis¹.

10 [Ad rationes quartae quaestionis] — Ad rationem alterius quaestionis, quando arguitur 'Deus immutabiliter scit a fore, igitur necessario, quia in Deo non est nisi necessitas immutabilitatis'², dicendum quod sicut patet ex V *Metaphysicae*, quod unus modus necessitatis est «quod non contingit aliter se habere»; sed immutabilitas non est causa necessitatis, quia immutabilitas non privat nisi successionem. Unde non est alia necessitas — quam immutabilitas — in Deo ab illis modis qui ponuntur in V *Metaphysicae*.

Ad aliud, quando arguitur quod 'illud quod est in Deo, est idem Deo'³, dicendum quod illud quod est in Deo formaliter, est idem Deo; sed quando dicitur quod Deus scit a fore, 'a fore' est in Deo obiective, — unde denominatur ab eo quod dicitur ad ipsum.

Sic ad aliud⁴.

[Ad rationes quintae quaestionis] — Ad rationem alterius quaestionis⁵ dicendum quod Deus non scit necessario a fore, quia denotatur necessitas actus sciendi ut transit in obiectum non-necessarium; unde licet sit necessarium Deum scire, non tamen respectu

PRV

1 approximare P² 2 potest] supra R 4 in re] om. V' in se V² | falsum] factum V
5 tunc om. R | sine mutatione post illud (6) V 6 intellectus¹ om. V | cognoscit] contin-
git R 7 Dices P² 8 quia non om. R | non² om. V | post] potest V 9 oppositum] obiec-
tum P | sicut] ut V | dictis V 11 scit] sit R 15 non — immutabilitas om. R | privatur P²
16 quam] quod R 16-17 mutabilitas P² 17 ponitur PR 18-19 est² — Deo² om. V
19 dicendum — Deo² rep. R 20 scit] sit R | a fore² om. RV 22 Sic] Sicut P 24 scit]
sit R | quia] quod R 24-25 denominatur R 25 necessitas] necessario V

F 13-14 ARISTOT., *Metaph.* V t. 6 (Δ c. 5, 1015a 33-35): «Amplius: quod non contingit aliter se habere, necessarium dicimus sic se habere». 17 Ibidem (lin. 20-33).

T¹ Cf. supra n. 54. 65. ² Cf. supra n. 10-12. ³ Cf. supra n. 13. ⁴ Cf. supra n. 14. ⁵ Cf. supra n. 15.

non-necessarii, – sicut licet necessarium sit hominem esse animal, non tamen hominem esse animal album.

- 81 Ad aliud¹: quod illa mixtio² tenet quando minor³ de inesse simpliciter, ita quod non solum sit semper vera, sed necessaria, – et hoc est quando accipitur sub 'per se' suppositum⁴; aliter non tenet mixtio, – sicut non sequitur 'de necessitate nullum quiescens est movens, lapis in centro terrae est quiescens, igitur de necessitate lapis non movetur', et tamen minor est semper vera. Sed in proposito minor non est sic de inesse quod sit absolute necessaria, scilicet 'a fore esse scitum a Deo', sicut dictum est⁵.

IV. – AD RATIONES OPINIONIS ALIORUM CIRCA CONTINGENTIAM IN ENTIBUS

- 82 Ad rationem opinionis praedictae, quae ponit quod contingentia est respectu causae proximae et necessitas respectu causae primae, quod probant per Boethium⁶, dicendum quod – sicut patet ibidem intuitu⁷ ipsum – capit necessitatem consequentiae, et non necessitatem consequentis.
- 83 Ad aliud⁷ dicendum quod 'possibile' non est privatio entis nec peccatum, sed est vera passio entis et immediate a Deo sicut necessitas.

IV. – AD RATIONES OPINIONIS SECUNDAE

- 84 Ad rationes alterius opinionis⁸ patet per ea quae superius dicta sunt in 'Contra' arguendo⁹.

PRV

1 -necessarii] -necessaria R | sicut] unde V | necessarium sit] s. n. RV 3 aliud] illud P
4 simpliciter] comp. R 6 teneret V 7 est¹ om. P²V | movens] movetur P moves R
10 scitum] situm R | Deo] add. dicit R^{*} 12 quae] quod R 15 capit] patet V | consequentia P^{*} 16 consequentia P^{*} 18 vera om. R 22 in om. V

F 15-16 BOETHIUS, *De consol. philos.* V prosa 6 (PL 63, 861): «Duae sunt etenim necessitates: simplex una, veluti quod necesse est omnes homines esse mortales, – altera conditionis, ut si aliquem ambulare scias, eum ambulare necesse est (quod enim quisque novit, id esse aliter ac notum est, nequit); sed haec condicio minime secum illam simplicem trahit... Eodem igitur modo, si quid providentia praesens videt, id esse necesse est, tametsi nullam naturae habeat necessitatem; atqui Deus ea futura quae ex arbitrii libertate proveniunt, praesentia contuetur; haec igitur ad intuitum relata divinum, necessaria fiunt per condicionem divinae notionis, – per se vero considerata, ab absoluta naturae suae libertate non desinunt».

T ¹ Cf. supra n. 16. ² scil. syllogismus supra n. 16, formatus ex maiore de necessario et minore de inesse. ³ supple: est. ⁴ Cf. ARISTOT., *Anal. post.* I c. 7 [t. 19] (A c. 6, 75a 28-29): «Ex necessitate sunt... quaecumque per se sunt». ⁵ Cf. supra n. 68. ⁶ Cf. supra n. 32-33. ⁷ Cf. supra n. 34. ⁸ Cf. supra n. 23-26. ⁹ Cf. supra n. 27-30.

Nam ad primum, quando arguitur quod baculus non esset corpus immensum nisi esset simul cum toto loco (et non si esset tantum simul cum partibus locorum fluentium), igitur similiter Deus non erit immensus nec aeternitas¹ nisi sit simul cum toto tempore², – dicendum quod baculus non erit immensus nisi sit simul cum toto loco existente; sed tamen non propter hoc negatur immensus quia non est cum loco qui non est et qui potest esse: tunc enim Deus non esset immensus – si ponitur quod locus alius posset esse – quia in illo non est.

- 10 Ad aliud exemplum, de centro³ in circumferentia⁴, dicendum 85 quod concludit oppositum, quia si protrahatur linea recta, cuius unus punctus faciat centrum, et circumvolvatur alius punctus – secundum imaginationem geometrae – ita quod non derelinquat aliquid stans⁵ sed tantum causet circumferentiam in fluxu, illud 15 centrum non est simul cum tota circumferentia, quia non simul est⁶. Sic est de tempore, quod nihil eius est nisi instans; et ideo licet continue fluat, non erit totum simul respectu aeternitatis. Unde circumferentia stans non est tempus, sed est circumferentia fluens; et ideo nihil est praesens aeternitati nisi 'nunc' temporis.
- 20 Ad aliud, quando arguitur quod 'nunc' aeternitatis excedit 86 unum 'nunc' temporis, et hoc non est nisi quia est praesens cum alio⁷, dicendum quod non est verum; 'Deus excedit totum universum, ita quod posset esse cum alio (si esset), igitur nunc est cum alio', non sequitur, quia aliud non est. Unde deficit relatio unius extremi; et hoc non est propter limitationem alterius extremi.

Ad aliud, quando arguitur 'si totum tempus esset simul, unum 87 nunc aeternitatis comprehenderet totum tempus, igitur cum nihil deminuitur de eius infinitate per hoc quod totum tempus non est

PRV

2 esset] add. nihil R^{*} 6 non om. V | negatur] add. ut V 10 exemplum om. R | centro] circulo codd. | in] et RV 11 trahatur V 13 geometriae P² 14 causet] esset V | circumferentia R^{*}V 15 centrum om. V | cum] causa P 16 est² om. P^{*} | et om. P 17 continue] continentiae R 18 stans — circumferentia om. R 19 ideo om. R 20 nunc aeternitatis] non aeternitate R 21 non] autem R 23 esse] add. simul V 24 Unde] Sicut V | deficit] definit PV 25 uni R | et — est om. R 27 esset rep. R

T ¹ supple: erit immensa. ² Cf. supra n. 23-24. ³ Loco «centro», codices, ob simile compendium, erronee tradunt «circulo»; cf. tamen statim infra lin. 12. 15 et supra p. 486, 12. 14-15. ⁴ Cf. supra p. 486, 12-15. ⁵ id est: non efformet circumferentiam in re stantem. ⁶ id est: quia circumferentia non est tota simul. ⁷ Cf. supra n. 25.

simul, adhuc comprehendet totum'¹, – dicendum quod non sequitur; si enim esset aliud universum quam modo est, Deus esset ubique in illo universo sicut in isto, – 'igitur modo est in illo universo quod non est', non sequitur. Unde tota causa quare non est cum toto tempore, est quia deficit relatio actualis et entitas alterius extremi, scilicet temporis.

[VI. – OBJECTIONES CONTRA RESPONSIONEM PROPRIAM]

88 [Obiectionum expositio] – Contra praedicta arguitur:

Contra hoc quod dicitur 'contingentia non est in rebus nisi ex voluntate divina, et non per comparisonem ad causam proximam'², – contra: secundum hoc videtur quod nihil erit necessarium in universo, sed totum erit contingens, quia posita causa prima et sufficienti, ponitur effectus (si sit mera causa); si igitur contingentia sit in rebus ex voluntate divina et ex eius libertate, cum voluntas divina libere et contingenter – et non necessario – se habet ad aliquid in universo, si haec sit praecisa causa contingentiae, sequitur quod nihil erit necessarium in universo, sed omnia erunt contingentia.

89 Praeterea, contra aliud quod dicitur, quod 'voluntas in eodem instanti in quo vult aliquid, potest nolle illud'³, – contra: sequitur 'voluntas vult aliquid in *a*, igitur potest velle aliquid in *a*'; si igitur stant simul quod voluntas velit aliquid in *a*, et tamen quod posset nolle illud in *a*, stabunt simul quod voluntas potest velle aliquid in *a* et potest nolle illud idem in *a*, et sic simul potest nolle et velle.

90 Praeterea, contra aliud quod dicitur, quod 'intellectus divinus apprehendens primo aliquid operandum, non apprehendit illud ut verum vel falsum, nec ut operandum, antequam statuatur in esse voluto per voluntatem'⁴, – contra: dictum est supra quod essentia divina, secundum se considerata, est ratio intellectui di-

PRV
1 comprehenderet RV | totum] add. tempus RV | quod non] non est R* 3 sicut] add. modo V 4 quod] qui P*R 11 videtur] arguitur V | erit rep. V 13 si sit] et sic R 14 eius] cuius V 16 haec] hoc P 20 vult] add. idem P* 21-24 si igitur — in *a* om. V 24 et¹ — a om. R | nolle et velle] velle et nolle R 26 aliquid] ad V 26-27 non — operandum rep. R 27 vel] add. ut V 28 volita R | contra: dictum] contradictioni P

T ¹ Cf. supra n. 26. ² Cf. supra n. 35-37. 41. ³ Cf. supra n. 54. ⁴ Cf. supra n. 63.

vino intelligendi omnia sine aliquibus rationibus determinantibus ipsam; ipsa enim, ut dictum est, 'unde considerata' repraesentat rem secundum omnem eius rationem¹; igitur essentia divina in primo instanti naturae repraesentabit intellectui divino ipsam rem fiendam, secundum quod statui potest a voluntate, – igitur in primo instanti potest cognoscere rem ut fienda est, antequam per voluntatem statuatur in esse voluto.

[Responsio ad obiectiones] – Ad primum istorum² responsum est 91 supra distinctione 8³, quod si prima habitudo primae causae ad suum effectum sit non-necessaria, cum habitudines aliarum causarum ad suos effectus dependeant a prima habitudine, sequitur quod nihil aliud sit necessario productum⁴, – et etiam quilibet effectus habet immediatius ordinem ad primam causam quam ad aliam secundam, quia sine prima causa nulla alia causa producit suum effectum⁵; et ideo, sicut ibi dictum est⁶, nihil est simpliciter necessarium in universo, sed secundum quid tantum, scilicet quia causae secundae – quantum est ex parte earum – habent necessariam habitudinem ad suas causas (sicut ignis ad calefaciendum quantum est ex parte sui), non tamen simpliciter, sicut diffusius supra dictum est⁷.

Ad aliud⁸ dicendum quod divisim est concedendum quod 'voluntas potest velle in *a* aliquid' et quod 'voluntas potest illud idem nolle in *a*'; non tamen sequitur quod simul potest nolle et velle, – sicut non sequitur 'hoc corpus potest esse in illo loco in *a*, et aliud corpus potest esse in eodem loco in *a*, igitur possunt simul duo corpora esse', similiter 'possum ferre istud⁹ pondus in *a*, et possum ferre illud pondus in *a*, igitur possum simul ferre hoc et illud in *a*'.

PRV
2 unde] in se V 4 naturae om. V | fiendam] tescr. P* 6 fienda] fidenda R 7 voluto] add. per voluntatem P 9 8] 2 codd. | si prima] post R 12 quod om. P* 13 habeat V | immediate PR 14 secundam] et V | causa¹] add. sine V 15 suum effectum] e. s. V 16 secundum quid tantum] t. s. q. RV 17 quia om. R 18 causas om. P 21 dicendum] add. est V 22 in a aliquid] al. in a V | idem om. V 23 tamen om. R 26 istud] illud codd. 26-27 possit V

T ¹ Cf. supra d. 35 n. 13-15. ² Cf. supra n. 88. ³ Loco «8» codices erronee tradunt «2». ⁴ Cf. supra d. 8 n. 261. 271-272. 280. Cf. etiam hic supra n. 35. 41. ⁵ Cf. supra n. 36. ⁶ Cf. supra d. 8 n. 282-285. ⁷ Cf. ibidem. ⁸ Cf. supra n. 89. ⁹ Loco «istud» codices, ob simile compendium, tradunt «illud».

- 93 Ad tertium¹ dicendum quod intellectus divinus in instanti primo videns essentiam suam, videt omnes res² secundum earum³ esse intelligibile, quia tunc constituuntur in esse intelligibili⁴, sed adhuc non habent esse in esse producibili antequam habeant esse volitum a voluntate; et ideo quando habet res illam rationem⁵, eam videt⁶ in videndo essentiam suam.

PRV

1 in] ex V om. P* 2 res] rationes *codd.* | eorum *codd.* 3 constituitur PR 4 habeant] habeat R 5 illam rationem] illa ratione V

T¹ Cf. supra n. 90. ² Loco «res» codices, ob idem compendium, tradunt «rationes». ³ Loco «earum» codices, ut saepius contingit, tradunt «eorum». Cf. supra p. 88 nota 5. ⁴ Cf. supra d. 35 n. 22. ⁵ scil. 'esse intelligibilis'. ⁶ scil. intellectus divinus.